Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



116

Aut quā dabit homo commutationē pro anima
sua. Pro israhel datur commutatio. Aegi
tus & aethiopia. & sanē pro anima illa sola. ē.
retributio. quam praedicta canit. quid retri
buā dnō pro omnib; quae retribuit mihi. calicem
salutaris accipiā. & nomen dni inuocabo. filius
enim hominis uenturus. ē. in gloria patris sui
cū angelis suis. & tunc reddet unicuiq; secundum
opus eius. Petrus ad p̄dicationē mortis domi
nice scandalizatus. sententia dni fuerat increpa
tus. Prouocati discipuli ut abnegarent se
& tollerent crucē suā. & morientur animo ma
gistrū sequerentur. Grandis terror audi
entiū & qui possit principe apostolorū p̄terrere
& iam alius metū iniicere. Idcirco tristitia
lētia succedunt. & dicit. filius hominis uenturus
ē. in gloria patris sui cum angelis suis.
Timet mortem. audi gloriā triumphantis.
Uere iste crucē. auscultā angelorū mysteria.
& hoc in quid redd unicuiq; secundū opera ei.
Non ē distinctio iudei & gentilis. uiri & mulieris
pauperum & diuitum.